

VM WISLA INTER CASI- MIRIAM ET CRACOVIA COSTRY

Notuerint Vniuersi ad quos deuenerit presens scriptum. ^{END.} ^{Quod nos.}

Wladislaus DEi Gratia Regni Poloniae Cracconiae, Sandomiriae Sira-
diae, Lancitiae, & Craniae Dux Considerantes animo compassino dif-
ficilem & granem transitum multorum pauperum hominum transenn-
tium per aquam Wislae prope Castrum nostrum Cracconicum. Et dicitur tran-
situs periculosus per nos ualeat amoueri Dilectis fidelibus nostris Ci-
uibus Ciuitatis nostrae Cracconiensis gratuito conferimus damus per-
petuo & donamus. Nauigium nostrum ibidem per aquam Wislae libere
pacifice, & quiete possidendi, tenendi, habendi. Ita tamen quod de prouen-
tibus dicti nauigij pontem transpraefatum fluminem Wislam construere
debeant, & parare, & semper quando necesse fuerit in omnibus fra-
tibus emendare. Praeterea dictum nauigium praedictis Ciuibus nris
taliter contulimus & dedimus, quod nulli militum nostrorum nec Pal-
latinis nec Castellanis, nec Canonicis, nec Plebanis nunquam aliquam
de ipsis soluere debeant sine dare. In cuius donationis nostrae euidenti-
am & robur ualiter presentes ipsis contulimus nostri Sigilli appensio-
ne roboratas. Datum et Actum Cracconiae tempore Consiliariorum
Ciuitatis nostrae Cracconiae Heinrich de Wiczburck Petro Maunich
Wilhelmo, Nicolao de Zarichost, Wigando & Amaleio de Munchow An-
no domini. Millesimo Tricentesimo quindecimo. Sabbato proximo an-
te Dominicam factus est Dominus.

PRIVILEGIUM REGIS CASIMIRI DE NYPCIS

QVOT PERSONÆ VOCARI
 FERCVLA, SCVTELE E-IOV-
 LATORES QVOT NVMERO ESSE
 DEBEAT. QVOMODO CIRCA BA-
 PTISMV E-PROPINA PVERPERE SE TE-
 NERE DEBEAT, QVÆ POENA DV VIRGO
 VEL VIDVA CLAM ALICVI FIDE DEDE-
 RIT. DE HOMICIDIO QVOMODO IVDI-
 CARI E- QVO IVRE CIVIS DEBEAT.
 QVÆ POENA QVI POST PROSCRI-
 PTIONÈ CIVITATÈ INGREDI AV-
 DERET. QVODO IVS CIVILE HA-
 BEN8 NULLIBI AD EXTRA-
 NEV IVS TRAHI DEBEAT.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Quæ ea quæ pro commodo et
 utilitate hominum profectina fieri dignoscuntur ipsa in regali præsentia
 ponuntur dignè et sinopere necessarium fore consentur, ut scriptura et testium qui-
 bus solemniter atterentur hinc est, quod Nos Assimur DEi Gratia REX
 Poloniæ, necnon terrarum Cracconia, Sandomiria, Siyadia, Lancicia, Crania,
 Pomeranieq; Dominus et heres. Notum facimus presentibus et futuris tenore
 presentium quibus expedit Universis. Quid ad nostram nostrorumq; Baronum
 fideles nostrj Consiliarij et Seniores Cives Civitatis nræ Cracconien Accedentes
 presentiam nobis humiliter supplicarunt. Quatenus quædam instituta quæ in-
 ferius sequuntur per eosdem de maturo ipsorum et salubri consilio quod non mo-
 dico ipsius Civitatis Cracconiensis commodo et utilitate facta et posita nostra
 auctoritate regali ratificare, approbare, et confirmare de nostra benevolentia spe-
 ciali misericorditer dignaremur. Primo videlicet quod quemcunq; inhabitator
 et Civium Civitatis dictæ Cracconien nuptias contingeret celebrare in eisd

non plures quam triginta scultellas Et ad quamlibet scultellam tres ho-
mines idem in habitator vel Civis debet habere. Si autem ibidem fuerint
Virgines, Præbiterij, vel hospites qui Civitatis Ius non habent aut etiam ad
mensam servientes qui in ipso numero tenerij Et existere non debent. Unus-
quisque autem qui ad ipsas fuerit nuptias invitatus Et habeat Ius Civile
pro se dabit sponso aut eius nuncio duos grossos Et Vxor sua seu quævis
domina alios duos Quælibet autem Virgo unum grossum dare debent -
qui nuptia fercula Et non plura in eisdem nuptijs debent haberi. Coeterum
nemo cum Virgine tradenda debet extra domum quamcumque consistere, aut
etiam noctis tempore vigilare priusquam ipsa Virgo cum suo marito depo-
natur. Itemper volumus quod in ipsis nuptijs octo saculatores habeantur
Et non plures Cantantibus Etloquentibus Cantiones qui Romanij di-
cuntur Necnon vendentibus Vinoth ab ipsis exclusis penitus Et ceteris.
Præterea transiens ad balneum sponsa viginti personas secum recipere te-
neatur, Et non plures. Similiter cum puero infante ad Ecclesiam pro bapti-
sando deportante non plures quam viginti persona transibunt. Interim
autem quod quæcumque Domina Vxor Civis Cracoviensis in puerperio ia-
cet Et existit, nullum Convinunt quod Kindilbir vulgariter appellatur,
vel quodcumque aliud debet sibi per ipsam nisi tunc quando suo tempore se-
cundum morem Ecclesiam intendere intrare, ipsam non plures quam Vi-
ginti persona si eam Et eas voluerint sequentur. Vicinque autem præ-
missa instituta Consulum Et Civium Cracoviensium, Seniorum vel ali-
quod eorum incurreret, aut aliquid contra ipsa vel aliquid eorum teme-
rarie attemptare præsumet poenam quinque Marcarum Civitatis Et Consu-
libus sine quavis diminutione Et integraliter persolvet. petens pro ipso
poenam ad arbitrium Et gratiam Consulum eorundem incurret.

Si vero praemissa omnia uel eorum aliqua intenderet, minime, licitum sit ei nul-
 la poena propter hoc incurrente. Coeterum. Viri quoque sibi Virginem uel uiduam
 desponsare uel etiam copulare intendens, nullam Coniunium uel etiam praeliba-
 tionem quae uromothim uel Engengessae uulgariter nuncupantur per se, aut
 alium in sua uel Virginis aut Viduae seu quacunque Civitatis domo faciat sub
 poena quinque Marcarum praemissa. Postquam quicumque in ipsa Civitate Cracco-
 uensi Virginem uel uiduam rapuerit, uel ipsam per uolentiam receperit perpetua
 proscriptus Civitatis eiusdem censetur. Et nihilominus rapta nullum lus ad suum
 patrimonium et quamlibet hereditatem ipsam legitime contingentem infra quod
 ipsam rapiens uixerit habebit. Proles etiam ipsorum uel filij et filiae ex ipsis pro-
 ducta similiter toto uere hereditatis materna tempore uita patris eorum ca-
 rebunt, sed cum idem raptor ab hac ingraverit uita ipsa, et sui pueri Cuita-
 tem eandem Craccoiensem liberet, ac licite intrabunt hereditatem ipsorum et
 bona omnia mobilia et immobilia integraliter et indiminitate receptorij. Item
 quicumque Virgo uel uidua fidem suam alicui clam dederit, et occulte ac sine con-
 silio et assensu patris et matris proximorumque suorum amicorum contraxerit
 cum eodem recipiens eam sic introitu Civitatis careat per decem Annos. Ipsa eti-
 am per eodem decem Annos ad hereditatem propriam et bona omnia mobilia
 et immobilia nullum ius habebit. Per quosquidem decem Annos eadem sua
 hereditas et res ac bona ipsius omnia sub potestate et tuitione eiusdem mulieris
 Vicinorum, amicorum, quibus est fides adhibenda simul et Consulibus Civitatis
 iam dicta tenebuntur, hoc autem in pauperibus et amicis carentibus nullate-
 nus observetur sed contrahant et sibi inuicem promittant, prout placet. Sane.
 Quicumque de homicidio accusatur sentiensque se fore reum et iniustum fugit
 de Civitate ipse secundum ius Civitatis debet esse proscriptus. Et si tempore suc-
 cedente concordaverit cum adversarijs suis ab ipso die Concordiae per duos an-
 nos continue carebit introitu Civitatis. Si quis autem de homicidio accusatus

2
Ise asserens iustum & de huiusmodi homicidio innocentem non fu-
git de Civitate datq; responsum adversarijs suis prestans Iuramentum
& ultra hoc cum eodem suo adversario secundum gratiam concordat ab
eodem die compositionis. & Concordia similiter, introitu Civitatis ca-
rebit per duos annos continue sequentes. Qui vero pro homicidio Ura-
verit & percipietur in posterum ipsum in dicto homicidio reum et inu-
stum extitisse ac propter hoc periurium incurrisse; talis pro huiusmodi
periurio per Consules Civitatis sapienter dicta secundum ipsorum arbitrium
& prout ipsis videbitur punietur iusto nihilominus iuvante in sua iusti-
tia prout expedire permanente. Quicumq; autem tempore prohibitionis
Civitatis sibi facta Civitatem eandem temerarie introierit & ibidem
captus fuerit & inuentus Novem Marcas grossor pro poena Consulibus
Civitatis predicta indimittit & integraliter persolvit. Quas si per
octo dies proxime sequentes ipsis dare et persolvere non curaverit extime-
ditus amputabitur sine omnibus difficultatibus & occasionibus procul-
dubio semotis. Quamquidem poenam totiens sic persolvit quoties ipsum
constiterit contra huiusmodi inhibitionem contemptibiliter excessisse.

ROS VERO ASIMIRUS REX Poloniae predictus dictorum nostrorum
Consiliariorum & Civium petitionibus favorabiliter annuentes & be-
nigne omnia & singula instituta per ipsos posita superius scripta ra-
ta, gratia habentes atq; firma ipsa ratificamus, approbamus nostra Re-
gia auctoritate presentibus confirmamus perpetuis temporibus in filios
filiorum & successorum in haeredes naturalia pariter & duratima DE-
cernentes & Volentes inviolabiliter observari. Quod Cives Cracovien-
ses & omnes habentes nobis Nos Quile ad instantiam uniuscuiusq; eno-
catorij & pro quacumq; causa ad Astrum nostrum Cracoviensem et ex

Ara Civitatem eandem ad Iudicium nullatenus trahantur hoc admittant exce:
 pto. Si contra aliquem eorum probaretur quod in Civitate predicta Craco:
 niensi Iuri parere contemneret, aut etiam recusat. Ne autem praemissa et co:
 rum singula per quempiam in posterum possent quod absit, violari, vel quod:
 cuius modo praepeditur praesentes literas eis scribi & nostri Sigilli appen:
 sione mandavimus roborari. Actum publice in Sandomiria in crasti:
 no Nativitatis Sanctae Mariae Virginis gloriosa. Anno domini. Millesimo
 Trecentesimo Trigesimo sexto, presentibus Nobilibus viris Baronibus nostris
 Dominis Spiczmero Castellano nostro Cracoviensi Sbigneo Proposito &
 Cancellario nostro Cracoviensi per cuius manus presens Privilegium est do:
 natum, Petro Sandomiriensi, Miscigneo Radoviensi, Joanne Lublincen, Iaco:
 bo Zarновиensi Castellanis cum alijs testibus quamplurimis fidedignis

**PRIVILEGIUM CA
 SIMIRI REGIS DE
 ROBORE TESTAMENTI
 CORAM CONSULIB9 FA
 CTI DE TUTORIB9 ELIGE
 DIS DE NON EMENDO CE
 SV INTRA MUVROS CIVITATIS
 PROSCRIPTO SI INTERCIPERETUR
 QVOMO IVDICARI DEBEAT DE VI
 NERATO IN NOCTE QVOMO PER FO
 RESES VEDI DEBET HEREDITAS OB
 LIGATA VEDI NON DEBET NISI AN**